ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime vir,

Quam misera res est ambitus! malum illud me mihi surripuit. Cum ingenio et memoriam, dum cum eo conflictor, perdidisse videor. quamvis enim dein de eadem causa aures tuas obtuderim et longum grandeque negotium tibi exhibuerim oblitus sum quasi prae nimia festinatione tibi nomine civitatis nostrae commendare captivos nostros in Sardinia quorum quaeso ut tu memineris dum cives eorum parum meminerunt. ut publici ita et privati officij eodem animi morbo oblitus sum. quid fedius tantis beneficijs acceptis et expectatis a patrono insalutato discedere. Humanitatem tuam obtestor ut mihi ignoscas et non ingratitudini sed letheae oblivioni eidem facinus hoc imputes. In Boreali Hollandia enim me oblitus sum post locationem gabellarum quarum causa Dordraci sum, eo propero ut me quaeram et recuperem et eundem qui semper erga te fui tibi praestem. Vale Vir maxime et causa mea, et rei filij mei apud principem, quem bonum Deus opt. max. servet, memineris. Raptim cum prima luce Dordraci VII° calend. Sext. CIↃ IↃ CXXXVIII.

Tibi

devotissimus cliens

J. Forestus

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1898

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1898

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1898

Nobilissimo strenuissimo
viro, Constantino Hugenio
equiti, domino in Zuili-
chem, consiliario et
secretario principis

ad
Bergam ad Zomam.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1898